



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

98. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

fiat spiritale conjugium, oportet eos nec dimittere uxores, & quasi non habeant sic habere, quò & salva sit caritas connubiorum & cesser operatio nuptiarum.

De eadem re. *Ex dictis sancti Gregorij
Pape.*

XCVII. Qui corpus suum castitati dedicant, habitare secum feminas non permittant.

Item sancti Augustini.

XCVIII. Ideo nolo ut foror mea mecum sit, quia quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt.

De eadem re. *Ex Concilio Vvormaciensi
cap. IX.*

Concil. Vvormac. c. 11.

XCIX. Sacerdotes igitur si in fornicationis laqueum ceciderint, & crimen manifestissimè ostensum fuerit, hæcenus sacerdotij non possunt habere honorem, secundùm canonicæ institutionis auctoritatem.

Quæ mulieres in domibus habitent Clericorum. *Ex Concilio Agathensi.*

Conc. Agath. c. 10.
Burchard. lib. 2. c. 112.

C. Id etiam ad custodiendam vitam & famam speciali ordinatione præcipimus, ut nullus Clericorum extraneæ sit mulieri qualibet consolatione aut familiaritate conjunctus. Et non solùm in domo illius extranea mulier non accedat, sed nec ipse frequentandi ad extraneam mulierem habeat potestatem; sed cum matre tantum & sorore, filia & nepte, si habuerit, vivendi liberam habeat potestatem;